

Spondit, prius inquirendum sibi,  
 num quid Ulmenfis ille suo nomi-  
 ne exposuerit: Se enim denuò eum  
 de solutione appellasse. Utut sit,  
 non est quod de solutione dubites.  
 Etiam D. Clutenius spem honorarij  
 fecit 6. Imperialibus non minoris,  
 proximis principis sui literis signifi-  
 candi: nam expectare se mandatum  
 certum. Octo hos Imperiales interea  
 dum rescribis cui dare debeam, ac-  
 cipiam, uti spero. Vehementer ex-  
 peto consilij tui copiam de compen-  
 dio Mathematico pro Gymnasij no-  
 stri classibus, aut conficiendo, aut è  
 tot confectis jam ac editis eligendo.  
 Nam Dasypodianum, quo hactenus  
 usi sunt nostri, nullum amplius in-  
 venit apud bibliopolas: nec recu-  
 dere operæ pretium est, ob imper-  
 fectionem, ipsi tibi fortè non igno-  
 tam, si unquam inspicere dignatus  
 fuisti.